



110742

rd.

Bot. Gard.
43
B 32.5



insert





Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
BHL-SIL-FEDLINK

<https://archive.org/details/sertumlipsicumse00baum>

SERTVM LIPSICVM

SEV

STIRPES OMNES PRAEPRIMIS
EXOTICAS

CIRCA

V R B E M

OLIM MAXIMEQVE NVERRIME

P L A N T A T A S

DIGESSIT ATQVE DESCRIPSIT

SECVNDVM

METHODVM LINNAEANAM

IOANNES CHRISTIANVS GOTTLOB
BAVMGARTEN

MEDIC. BACC.

LIPSIÆ

EX OFFICINA HOLLIANA.

Sept. 1911

27511

V I R O

CLARISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

SALOMONI CONSTANTINO
TITIO

PHILOSOPHIAE AC MEDICINAE CAN-
DIDATO

AMICO OPTIMO

IN PERPETVAE AMICITIAE ET AMORIS

MONUMENTVM

LIBELLVM HVNCCE

GRATVLANDO DEDICAT

IOH. CHRIST. GOTTL. BAVMGARTEN.

*VIR CLARISSIME,
AMICE DILECTISSIME!*

*I*llo statim tempore, quo TV e patria academia studia ad nos transtuleras, insigni amicitiam ineundam trahebar voluptate, et Fortuna hisce meis votis annuente, mox in TVAM veni amicitiam, quae successu temporis in ipsam familiaritatem abiit. Non poterat enim non hoc vinculum propter TVAM eruditionem aequae, ac ob morum TVORVM humanitatem probitatemque magis inter nos firmari. Quanto igitur maioribus TVVM in me

amorem documentis comprobasti, tanto magis amor erga TE meus in dies creuit, cumque hoc ipso ductus, animi mei sensus publice nunc declarare studui.

Illucescit enim laetissima faustaque illa dies, qua sincero gratoque animo TIBI summos in arte, cui huc usque strenue deditus fuisti, honores, quos hodie ex merito capis, gratulari possum. Composui autem hoc ipso consilio hoc Sertum Lipsicum, cum TE non plane a plantarum studio abhorrevit sciam, ego vero eodem admodum fuerim delectatus multumque temporis ipsi tribuerim. Ideoque minime dubitare possum, quin hilari serenoque vultu hunc libellum amicitiae testem accipias. Nihil vero magis opto, quam ut hac via, quam TIBI elegisti, doctrinarum copias studio assiduo comparatas, in aliorum usum convertere

vertere possis atque diligentiae probitatisque fructus capias quam uberrimas. Inprimis vero ex animo opto, ut iter ad externos, quod artis, cui TE dedisti, studio iam paras, felicissime succedat, collectis multis doctrinis redias atque suo tempore officia, quae patriae debes, praestare possis.

In huius autem utilitatem Parentis TVI Venerabilis, cui talem filium eumque unicum merito gratulor, gaudium, gentis clarissimae decus, amicorum TVORVM, qui TE amant, voluptatem, in posterum summa fruaris felicitate. TVVM vero in me animum probum amicitiamque sincerissimam, quam tot specimenibus mihi declarasti, in posterum serves atque augeas. Equidem admodum optarem, ut futuro tempore familiaritatis nostrae vinculum eo arctius constringatur, quod eadem for-

*tunarum sedes nobis aliquando assignetur, quo
melius gaudiis, quae inter veros amicos inter-
cedunt, frui possimus. Equidem inter prima
habebo officia, ut omnem occasionem, qua
meam TIBI amicitiam declarare possim
avide arripiam, et quantum TE amicum plu-
ribus documentis probem. Ita vale mihique
semper talis amicus, qualis fuisti. Dabam
Lipsiae d. XXVI. Martii MDCCLXC.*

PRAEFAMEN.

Cum inter alia, quibus urbs nostra in civium commodum pariter ac voluptatem fuit exornata, etiam id praecipue emineat, quod viam illam circa urbem, quibus cives ad animum recreandum atque corpus exercendum ambulare solent, arboribus atque fruticibus praepri- mis exoticis a paucis inde annis non vanum suscipere mihi videor negotium, si omnem harum stirpium brevem hic praeponerem enumerationem. Dudum quidem viae arboribus maioribus, praecipue iis, quae longe lateque umbram spargunt, fuerunt septae, novissime tamen variis de causis, atque inprimis ad cives delectandos atque ipsorum valetudinem procurandam, priscis illis multas novas adiecerunt stirpes. Elegerunt vero in hunc finem plura stirpium genera, quae in America septentrionali, ut solo patrio, habitant, nostrum vero clima, nisi aut frigus, aut aestus modum cessarit, quoque patiuntur. Quippe quae cum no-

vitate sua, cum non ubivis obviam sint, tum
 iis, quae iisdem propriae sunt, virtutibus, spe-
 ctatores delectant. ELECTOR enim SE-
 RENISSIMVS *Pater Patriae Optimus*, sua
 qua in civēs tenetur cura, omnia illa moenia,
 quibus olim urbs nostra munita erat, destrui
 solumque planum reddi iusserat. Rediit igitur
 praecipua ad magistratum urbis nostrae cura,
 illudque negotium ILL. MÜLLERVS, Confilia-
 rius Bellicus intimus atque huius urbis Consul
 gravissimus meritissimusque in se suscepit, ipsum-
 que ex omnium consensu summa cum arte at-
 que diligentia perfecit. Equidem vero in con-
 cinnando hocce catalogo hancece secutus sum
 rationem, ut ordine alphabetico stirpes enu-
 merarem, patriam assignarem, descriptiones
 atque synonyma ex novissima Systematis *Lin-*
naeani per MURRAYVM editione adicerem,
 simulque cum Celeberrimi du ROI et MAR-
 SHALII descriptiones interdum *Linnaeanis* cla-
 riores atque absolutiores sint, has suis locis in-
 fererem, denique meas qualescunque observa-
 tiones hinc inde adspargerem.



SERTVM LIPSICVM.

ACER n. 1266. Class. XXIII. Ord. I.

The Maple-Tree. *Angl.* Erable. *Gall.* Ahorn.
Germ.

1. *Acer tataricum* foliis cordatis indivisis ferratis: lobis obsoletis; floribus racemosis. LINN. Syst. p. 911.

Tartarian Maple. *Angl.* Erable de Tartarie.
Gall. Tatarischer Ahorn. *Germ.*

Habitat in Tataria.

Arbor celeriter crescit et dispescitur in plurimos ramos. Cortex ramorum est glaber et cinereus. Lignum tenax albidumque. Folia cordata, dentato-laciniata, longe petiolata. *Cal.* pallido-flavescentes, monophyllum, saepius 5-fidum, passim 6- et rarissime 8-fidum. *Cor.* petala 5-10, alba, *Calyce* vix maiora, versus apicem magis inflexa. *Stam.* Filamenta 8-16 subulata, petalis multo longiora. *Antherae* flavae. *Pist.* Germen compressum. Stigmata 2-3. *Per.* Capsula parva, plana, ovata. Ala membranacea versus autumnum colore inficiuntur rubro. Floret Iunio.

2. *Acer pseudo-platanus* foliis 5-lobis acute ferratis, florum racemo composito, pendulo. *Du Roi* Harpk. I. p. 4. *Acer* foliis 5-lobis inaequaliter ferratis, floribus racemosis. LINN. Syst. p. 911.

Syco-

Sycamore Tree, or Greater-Maple. Angl. *Erable blanc de Montagne.* Gall. *Der gemeine weisse Aborn; Waldefche; Spillenholz.* Germ.

var. β) *Acer pseudoplatanus* maius foliis elegantior variegatis. Du HAMEL Arb. 2.

Greater striped Maple. Angl. *Sycamore panachè.* Gall. *Gemeiner Aborn mit gefleckten Blättern.* Germ.

Sponte crescit in Europae australis montibus.

Floret Aprili et Majo. Folia inaequaliter 5-lobata, superne obscure virescentia, inferne pallidiora et lanugine recta. Semen omnium specierum maximum.

3. *Acer rubrum* foliis 5-lobis, subdentatis, subtus glaucis, pedunculis simplicissimis aggregatis. LINN. Syst. p. 911.

Scarlet flowering Maple. Angl. *Erable rouge d'Amerique.* Gall. *Scharlachrother Aborn.* Germ.

Habitat in Virginia et Pensylvania. vid. KALM.

Arbor dioica amat solum pingue humidumque, dehinc in Alnetis feri potest. Lignum durum et utile pro variis instrumentis musicis conficiendis.

4. *Acer saccharinum* foliis 5-partito-palmatis, acuminato dentatis, subtus pubescentibus. LINN. Syst. p. 911.

Sugar Maple. Angl. *Erable à Sucre.* Gall. *Zuckeraborn.* Germ.

Habitat in Pensylvania.

Diffinguitur ab *Acere glauco* foliis minoribus, leviter lobatis, minus glaucis et venosis: flore ex vicidi flavescente: ab *Acere Platanoide* foliis profundius divisis lobisque obtusioribus. Haec arbor *Americanis* offert succum, ex quo conficiunt saccharum.

charum. Amat solum frigidum et altitudine pedum 18 etc. attingit.

5. *Acer platanoides* foliis 5-lobis acuminatis, acute dentatis, glabris, floribus corymbosis. LINN. Syst. p. 911.

Norway Maple. Angl. Plane. Gall. Die Lenne f. Lehne; Lein-Linbaum. Germ.

Habitat in Europa frigidiori fere ubique.

Arbor celeriter crescens in dumetis valde apta. Lignum tenax et durum. Succus in foliis contentus acris, dehinc insecta fugiunt.

6. *Acer striatum* foliis subquinquelobis: lobis inaequaliter ferratis acuminatis, racemis pendulis, pedicellis unifloris, cortice eleganter striato. Du Roi l. p. 8. *Acer canadense*. MARSHAL p. 6. n. 4.

Striped Bark Maple. Angl. Erable à écorce marbrée. Gall. Nordamerikanischer gestreifter Aborn. Germ.

In America septentrionali, e. g. Canada. vid. MARSHAL.

Arbor magnitudinem acquirit mediocrem. Hyemes perfert nostrates. Folia antecedenti simillima, ab illo distingitur sequenti modo: Folia profundis lacinata, apice acutiora, caeterum dentibus pluribus inaequalibus instructa: porro sunt tenuiora, laeto virida et glabra, subtus costis et venis fortioribus intertexta. Flores solitarii. Stamina 7-8-10. Cortex glaber, a truncō in ramos usque extremos striis viridibus et albidis, vel sanguineis et cinereo-pallidioribus distinctis, ornatus. Floret Maio. Semina in nostris regionibus non maturescunt.

7. *Acer Negundo* foliis compositis, pedunculis filiformibus, floribus racemosis. LINN. Syst. p. 912.

Virginian Ash-leaved Maple. Angl. *Erable de Virginie à feuilles de Frêne.* Gall. *Virginischer Aborn mit Eschenblättern.* Germ.

Habitat in America septentrionali, e. g. in Virginia.

Arbor alte crescens praebet succum, ex quo Americae incolae praeparant saccharum. Floret Aprili et Maio. Semina parva, immatura.

AESCULVS L. G. 498. Class. VII. Ord. I.

Horse Chestnut. Angl. Maronnier d'Inde. Gall. Roskastanie. Germ.

8. *Aesculus Hippocastanum* floribus heptandris. LINN. Syst. p. 352.

Common Horse Chestnut. Angl. *Maronnier d'Inde.* Gall. *Gemeine Roskastanie.* Germ.

Habitat in Asia australiori et in Europa valde vulgaris.

Floret Maio et Junio.

AMYGDALVS L. G. 674. Class. XII. Ord. I.

Almond-Tree. Angl. Amandier. Gall. Mandelbaum. Germ.

9. *Amygdalus nana* foliis petiolatis, ferratis basi attenuatis. MILL. Dict. 5. LINN. Syst. p. 462.

Dwarf Almond-Tree. Angl. *Amandier nain.* Gall. *Zwergmandelbaum.* Germ.

In Asia australi habitat.

Floret Aprili et Maio.

BERBERIS L. G. 476. Class. VI. Ord. I.

Barberry. *Angl.* Epine-Vinette. *Gall.* Berberitzenstaude. *Germ.*

10. *Berberis vulgaris* pedunculis racemosis, foliis ciliatis, spinis triplicibus. LINN. Syst. p. 543.

Common Barberry, or Pipperidge-bush. Angl. Epine Vinette. *Gall.* Gemeine Berberitzenstaude; *Berbisbeeren; Sauerdorn. Germ.*

Habitat in Asia orientali et Europa praeprimis in Sueviae, Franconiae et Germaniae dumetis et in agris.

Floret Maio et Junio. Baccae maturescunt Autumno incipiente.

BETVLA L. G. 1147. Cl. XII. Ord. IV.

Birch-Tree. *Angl.* Bouleau. *Gall.* Birke. *Germ.*

11. *Betula alba* foliis ovatis acuminatis, serratis. LINN. Syst. p. 849.

White Birch-Tree. Angl. Bouleau blanc. *Gall.* Gemeine - weisse Birke; *Maien - Wunnebaum. Germ.*

Habitat fere omnibus in Europae frigidioris fylvis et nemoribus.

Floret Aprili. Arbor in Oeconomia valde aestimabilis.

12. *Betula Alnus* foliis glabris, rotunde crenatis, rugosis, pedunculis ramosis. — *Betula Alnus* pedunculis ramosis. LINN. Syst. p. 829.

Common Alder. Angl. Aune d'un verd foncé; *Verne ou Vergne. Gall.* Gemeine Eller; *Erle; Otterbaum. Germ.*

In Europa valde communis. Floret Martio.

CARPINVS L. G. IIII. Class. XXI. Ord. VIII.

Hornbeam-Tree. *Angl.* Charme. *Gall.* Hainbuche.
Germ.

13. *Carpinus Ostrya squamis strobilorum inflatis.*
LINN. Syst. p. 859.

Hop-Hornbeam; Iron-Wood. *Angl.* Charme à fruit d'Houblon, ou Bois dur. *Gall.* Hopfenhainbuche. *Germ.*

Habitat in Italia, Virginia, Canada et Germania.

CELTIS L. G. 1267. Cl. XXIII. Ord. I.

Nettle-Tree. *Angl.* Micocoulier. *Gall.* Zürgelbaum. *Germ.*

14. *Celtis occidentalis foliis oblique ovatis acuminatis.* LINN. Syst. p. 912.

Occidental Nettle, or Lote-Tree. *Angl.* Micocoulier de Virginie. *Gall.* Virginischer Zürgelbaum. *Germ.*

Habitat in Virginia et Pennsylvania.

CERCIS L. G. 553. Cl. X. Ord. I.

Judas-Tree, or Bud-Tree. *Angl.* Guainier. *Gall.* Judas- f. Griffelbaum. *Germ.*

15. *Cercis fliquastrum foliis reniformibus, glabris.* —
Cercis foliis cordato-orbiculatis glabris. LINN. Syst. p. 392.

Peach-coloured Judas-Tree. *Angl.* Guainier d'Espagne. *Gall.* Spanischer Judasbaum. *Germ.*

Habitat in Italia, Hispania, Narbone, Oriente.

COLV-

COLUTEA L. G. 954. Cl. XVII. Ord. IV.

Bladder Senna. *Angl.* Baguenaudier. *Gall.* Blasenbaum. *Germ.*

16. *Colutea arborescens* arborea, foliolis obcordatis. LINN. Syst. p. 668.

Common Bladder Senna. *Angl.* Faux sené ou sené sauvage. *Gall.* Gemeiner Blasenbaum; falsche Senne; Schaafsinfen. *Germ.*

Habitat in Austria, Helvetia, Gallia, Italia.

Floret Junio in Augustum usque.

CORNVS L. G. 155. Cl. IV. Ord. I.

Cornel or Dogwood-Tree. *Angl.* Cournouiller. *Gall.* Hartriegel. *Germ.*

* *Involucratae umbellatae.*

17. *Cornus mascula* arborea, umbellis involucri aequantibus. LINN. Syst. 159.

Cornelian Cherry-Tree. *Angl.* Cournouillier ordinaire; Acurnier. *Gall.* Gemeiner Kornelkirschenbaum; Hornkirschenbaum; Harlsken. *Germ.*

Habitat in Austria, Helvetia, Carniola et Germania.

Vernali floret tempore ante frondescentiam.

** *Nudae cymosae.*

18. *Cornus sanguinea* ramis rectis, foliis ovatis concoloribus, cymis depressis HERITIER. p. 5. n. 5. LINN. Syst. p. 159.

Bloody-Twig, or Femal Cornel. *Angl.* Cournouillier sanguin, ou Bois Punais. *Gall.* Hartriegel; Hundsbeeren; Teufelsmettern. *Germ.*

In Europæ dumetis et nemoribus vulgatissime.
Floret Junio. Baccæ matureſcunt Autumno.

19. *Cornus ſericea* ramis patulis, foliis ovatis ſubtus ferrugineo-ſericeis, cymis depreſſis. HERITIER. p. 5. n. 6. t. 2. *Cornus Amomum* arborea, foliis ovatis petiolatis; floribus corymbosis terminalibus. DU ROI I. p. 164.

Daywood of New England. Angl. *Blaubeeriger Hartriegel.* Germ.

In Carolina et Penſylvania habitat.

Frutex biorgyalis. Vernali floret tempore. Baccas perficit autumno. Omni regeneratur modo. Folia venoſa quoad colorem varia.

20. *Cornus alba* ramis recurvatis, foliis lato-ovatis ſubtus canis, cymis depreſſis. HERITIER. n. 7. *C. alba* arborea, cymis nudis, ramis recurvatis. LINN. Syſt. p. 159.

White berried Cornel. Angl. *Cournouillier blanc* Gall. *Hartriegel mit weißen Beeren.* Germ.

Habitat in Sibiria et America ſeptentrionali.

Bis vel ter anno floret. Ramuli conſpicui præprimis autumnali et vernali tempore variant ratione coloris omnium ruberrimi.

CRATAEGVS. L. G. 678. Cl. XII. Ord. II.

Wild Service-Tree. Angl. *Alifier.* Gall. *Hagedorn.* Germ.

21. *Crataegus Aria* foliis ovatis, incisis, ferratis, ſubtus tomentosis. LINN. Syſt. p. 463.

White Beam, or White Leaf-Tree. Angl. *Alouche de Bourgogne ou Drovillier.* Gall. *Mehlbeerbaum; rother Mehlbaum.* Germ.

In

In Helvetia, Suecia, Franconia, Anglia &c.
sponte crescit.

Floret Maio et Iunio. Baccae pulchre rubrae
exeunte maturescunt aestate.

22. *Crataegus torminalis* foliis cordatis repando-
angulatis, ferratis, glabris. LINN. Syst. p. 463.

Wild Service, or Maple leaved Service. Angl.
Alisier des bois. Gall. *Darmbeeren; Arlsbeeren;*
Elritzen; Eschroeffel. Germ.

Habitat in Germaniae, Gallicae, Angliae et
Helvetiae sylvis.

Floret Maio. Fructus exeunte Septembri
maturus.

23. *Crataegus coccinea* foliis ovatis repando-angulatis,
ferratis glabris, (spinis longioribus) LINN. Syst.
p. 463.

Cockspur Hawthorn. Angl. *Epine à Fevilles*
d'Erable. Gall. *Nordamerikanischer Weissdorn mit*
grossen Stacheln. Germ.

Habitat in America Septentrionali e. g. in Virgi-
nia, Canada.

Floret Maio. Baccae incipiente maturescunt au-
tumno et magnitudine glandis plumbeae.

24. *Crataegus Oxyacantha* foliis obtusis subtrifidis
ferratis LINN. Syst. 465.

White Thorn, or Common Hawthorn. Angl.
Epine blanche, ou noble Epine. Gall. *Weissdorn;*
Mehldorn; Unser lieben Frauen Birnlein. Germ.

In Europae fere omnibus nemoribus, sylvis et
dumetis sponte nascitur. Floret Maio et Iunio.
Baccae virides versus Autunnum mutantur in ca-
lorem rubrum. Caro eiusdem farinosus, siccus et
flavus.

25. *Crataegus Azarolus* foliis obtusis subtrifidis, subdentatis. LINN. Syst. p. 465.

Azarole. Angl. *Azarolier.* Gall. *Azarolbaum.* Germ.

Habitat in Florentia et Carinola.

26. *Crataegus Crus Galli* foliis lanceolato-ovatis, serratis, glabris, ramis spinosis LINN. Syst. p. 465. *Mespilus Crus Galli* MARSHAL.

Virginian Azarole. or Bear-leaved Thorn Angl. *Azerolier de Virginie ou Epine luisante.* Gall. *Virginischer Azarol - Weissdorn; birnblaettriger Weissdorn.* Germ.

In Virginia valde vulgaris.

27. *Crataegus lucida* foliis ovato-lanceolatis, lucidis, stipulis linearibus ferratis, floribus corymbosis, ramis spinosis. DU ROI. I. p. 186.

Strong Dorned Haw. Angl. *Epine à fevilles luisantes.* Gall. *Nord-Amerikanischer Weissdorn mit glaenzenden Blaettern.* Germ.

Habitat in America septentrionali.

Floret Iulio et baccae rubrae maturescunt Autumno.

28. *Crataegus prunifolia* foliis ovato-lanceolatis, acuminatis, leviter ferratis; spinis sparsis brevioribus, fructu parvo, rubro. — *Mespilus prunifolia.* MARSHAL. n. 34.

Blumb-leaved Thorn Angl. *Epine à fevilles de Brunier.* Gall. *Weissdorn mit Pflaumenblaettern.* Germ.

Habitat in Virginia.

CYTISVS L. G. 901. Cl. XVII. Ord. IV.

Base-Tree. *Angl.* Trefoil-Cytife. *Gall.* Bohnenbaum. *Germ.*

29. *Cytisus Laburnum* racemis simplicibus pendulis, foliolis ovato-oblongis. LINN. Syst. p. 666.

Common Laburnum Angl. Ebenier ou Fausse des Alpes; Aubour. Gall. Breitblaettrigter Bohnenbaum. Germ.

Habitat in Helvetia et Sabaudia.

Floret Iunio et Iulio. Semina phaseolis minimis similia maturescunt Autumno, Lignum durum tenue.

30. *Cytisus sessilifolius* racemis erectis, calycibus bractea triplici, foliis floralibus sessilibus. LINN. Syst. p. 666.

Smooth rund-leaved Cytisus Angl. Kleiner italienischer Bohnenbaum ohne Blattstiel. Germ.

Nascitur Italia et Galloprovincia, Fructus Floret Iunio et Iulio.

ELAEAGNVS. L. G. 159. Cl. IV. Ord. I.

Wild Olive-Tree. *Angl.* Olivier Sauvge. *Gall.* Wilder Oelbaum. *Germ.*

31. *Elaeagnus angustifolia* inermis foliis leniari-lanceolatis. LINN. Syst. p. 163.

Narrow-leaved wild Olive. Angl. Olivier de Bobême. Gall. Schmahblaettriger wilder Oelbaum. Paradiesbaum. Germ.

Habitat in Bohemia, Hispania, Syria, Cappadocia &c.

Floret Iulio & Augusto.

EVONYMVS. L. G. 291. Cl. V. Ord. I

Spindle-Tree. *Angl.* Fufain. *Gall.* Spindelbaum. *Germ.*

32. *Evonymus vulgaris* pedunculis folitariis, petalis oblongis, Fructibus glabris. SCOP. Carn. I. *E. Europaeus* floribus plerisque 4-fidis, sessilibus LINN. Syst. p. 238.

Common Spindle - Tree or Brickwood. *Angl.* *Fufain commun, ou Bonnet de Prêtre.* *Gall.* *Gemeiner Spindelbaum; Spillbaum; Pfaffenbütlein. Habnckloetchen.* *Germ.*

Habitat copiosissime in Europae sepibus et dumetis.

Floret Maio.

FAGVS. L. G. 1170. Cl. XX. Ord.

Chestnut-Tree. *Angl.* Chataignier. *Gall.* Kastanienbaum. *Germ.*

33. *Fagus Castanea* foliis lanceolatis acuminato-ferratis subtus nudis. LINN. Syst. p. 859.

Manured Chestnut. *Angl.* *Chataignier maronnier.* *Gall.* *Zakmer Kastanienbaum.* *Germ.*

Habitat in Italia et Australioris Europae montibus.

Floret Maio et Junio, Fructus nondum tulit. Solum amat pingue. Lignum magis *Quercui* simile, quam *Iuglandi*.

FRAXINVS. L. G. 1273. Cl. XXIII. Ord. II.

Ash-Tree. *Angl.* Frêne. *Gall.* Esche. *Germ.*

34. *Fraxinus americana* foliolis integerrimis, petiolis teretibus. (fructu maiori) LINN. Syst. p. 918.
Fraxinus Caroliniana MILL. et DU ROI.

American white Ash. *Angl.* Frêne d'Amerique.
Nordamerikanische weisse Esche. *Germ.*

Habitat in America septentrionali e. g. in Carolina.

35. *Fraxinus Novae Angliae* foliolis integerrimis, petiolis teretibus. MILL. Dict. 5.

New-England, or black Ash. *Angl.* Frêne de la nouvelle Angleterre. *Gall.* Nordamerikanische schwarze Esche. *Germ.*

Habitat in America septentrionali.

Destinguitur ab antecedente foliis minoribus, in apicem acuto-oblongum exeuntibus, leviter ferratis, obscure viridibus. Semina minora magis illis *Fraxinae excelsois* feminibus similia, cortex ramorum magis niger.

GENISTA. L. G. 930. Cl. XVII. Ord. IV.

Dyers Broom. *Angl.* Genet. *Gall.* Ginster.
Germ.

36. *Genista tinctoria* foliis lanceolatis glabris, ramis striatis teretibus. LINN. Syst. p. 645.

Common Dyers Broom, Wood-Waxen; Green-Wood. *Angl.* Genestrole or Genet des Teinturiers. *Gall.* Faerbeginster. *Germ.*

Habitat in Anglia et Germania.

Frutex floret Iunio et Iulio.

GLEDITSIA L. G. 1272. Cl. XXIII. Ord. II.

Triple-Thorned-Acacia. *Angl.* Fevier. *Gall.*
Gleditsia. *Germ.*

37. *Gleditsia spinosa* foliis pinnatis, oblongo-ovatis, caulibus spinosis, spina obscure rubra inter axillas mucrone triplici, ad spinularum instar, obfessa. — *Gleditsia triacanthos* caule spinis triplicibus, axillaribus. LINN. Syst. p. 918.

Triple-thorned Acacia, or Honey-Locust. *Angl.*
Fevier à Epines à trois pointes. *Gall.* *Dreistach-*
lichte Gleditsie. *Germ.*

Habitat maxime in Virginia.

Floret Julio. Siliqua in America bonum prae-
bent pabulum.

HAMAMELIS L. G. 181. Cl. IV. Ord. II.

• With Hazel. *Angl.* Zauberhaselstrauch. *Germ.*

38. *Hamamelis Virginica* nigra, coryli foliis, glabris.
Virginian with Hazel. *Angl.* *Virginischer*
Zauberhaselstrauch. *Germ.*

Habitat in Virginia.

Floret Septembri exeunte et Octobri.

HIBISCVS L. G. 911. Cl. XVI. Ord. V.

Althaea Frutex. *Angl.* Althaeenstaude. *Germ.*

39. *Hibiscus Syriacus* foliis cuneiformi-ovatis, superne inciso serratis, caule arboreo. LINN. Syst. p. 630.
Syrian Ketmia, or Mallova. *Angl.* *Guimauve*
royale. *Gall.* *Syrifche Althaeenstaude.* *Germ.*

Habitat in Syria.

Frutex floret Augusto et Septembri.

HIPPO-

HIPPOPHAE L. G. 1210. Cl. XXII. Ord. IV.

Sea-Buck-Thorn. *Angl.* Chalef. *Gall.* Sanddorn.
Germ.

40. *Hippophae Rhamnoides* foliis lanceolatis. LINN.
Syst. p. 884,

Sea Buck-Thorn, or Sallow-Thorn. *Angl.* *Chalef d'Europe, ou Rhamoides à feuilles de Sable.*
Gall. *Weidenblatterigter; Sandekreuzdorn: Meer-*
kreuzdorn; Finnische Beeren; rothe Schlehen.
Germ.

Habitat in America septentrionali et Europa,
e. g. Suecia, Prussia, Helvetia, Anglia etc.

Floret Aprili et Maio. Baccae autumnno ma-
turae, flavae, saporis austeris.

Folia angustissima, lanceolata, superne glabra,
viridia, inferne cinereo-argentea, margine, sicuti
in Rosmarini foliis, reflexo. Rami cortice splen-
dente cincti colore.

HYDRANGEA L. G. 604. Cl. X. Ord. II.

41. *Hydrangea frutescens* foliis oppositis, acute cor-
datis, profunde serratis, venosis, floribus cymam
gerentibus. — *Hydr. arborescens.* LINN. Syst.
p. 410.

Virginian Hydrangea. *Angl.* *Strauchartige Vir-*
ginische Hydrangea. *Germ.*

Habitat in Virginia.

Floret Iulio et Augusto.

IVNIPERVS. L. G. 1740. Cl. XXII. Ord. XII.

Juniper-Tree. *Angl.* Genêvrier. *Gall.* Wacholder-
strauch. *Germ.*

42. *Iuniperus communis* foliis ternis patentibus mucronatis, bacca longioribus. LINN. Syst. p. 894.

Common Juniper-Tree. *Angl.* Genêvrier ordinaire. *Gall.* Gemeiner Wacholderstrauch. *Germ.*

Habitat in Germania, Dania, Suecia, Norvegia et Helvetia.

Floret vere.

43. *Iuniperus Sabina* foliis oppositis erectis decurrentibus, oppositionibus pyxidatis. LINN. Syst. p. 894.

Common Savin. *Angl.* Savinier, ou Sabine. *Gall.* Sadebaum; Sevenbaum; Rosfischwanzbaum. *Germ.*

Habitat in Lusitania, Italia, Oriente, Helvetia et Sibiria.

Loca amat umbrosa.

44. *Iuniperus Virginiana* foliis ternis omnibus patentibus. MILL. Dict. 3.

Red Virginian Cedar. *Angl.* Cedre rouge de Virginie. *Gall.* Rothe Virginische Ceder. *Germ.*

Habitat in Virginia.

45. *Iuniperus Caroliniana* foliis ternis basi adnatis; junioribus imbricatis; senioribus patulis. MILL. Dict. II. 4. *Iuniper. virginiana.* LINN. Syst. p. 894.

Red Carolinian Cedar. *Angl.* Cedre rouge de Caroline. *Gall.* Rothe Carolinische Ceder. *Germ.*

Habitat in Carolina.

A priori distinguitur foliis ramorum extremis ad Sabinam proxime accedentibus; contra senioribus *Iunipero communi* simillimis, qua de re MILLERVS hanc ab antecedente iure separavit.

LIGVSTRVM. L. G. 18. Cl. II. Ord. I.

Privet. *Angl.* Trôene. *Gall.* Reinweide. *Germ.*

46. *Ligustrum vulgare* foliis lanceolatis acutis, deciduis, paniculae pedicellis oppositis. LINN. Syst. p. 56.

Common Privet. *Angl.* Trôene *commun.* *Gall.* Gemeine Reinweide; Mundholz; Griefholz; Dintenbeerstaude; Zaunriegel. *Germ.*

Sponte crescit fere in omnibus Europae collibus, sylvis et dumetis.

Floret Junio,

LIRIODENDRON. L. G. 747. Cl. XIII. Ord. VII.

Tulip-Tree. *Angl.* Tulipier. *Gall.* Tulpenbaum. *Germ.*

47. *Liriodendron Tulipifera* foliis truncato-lobatis. LINN. Syst. p. 507.

Virginian Tulip-Tree. *Angl.* Tulipier de Virginie ou Bois jaune. *Gall.* Virginischer Tulpenbaum. *Germ.*

Habitat in America septentrionali.

Anglia passim Old Womans ~~Stock~~, i. e. das Hemd der alten Frau, appellatur ob similitudinem partis indusii mammae claudentis. Folia in doloribus capitis inserviunt americanis pro cataplasmate. Radicum cortex in omnibus febribus laudatur.

LONICERA L. G. 747. Cl. V. Ord. I.

Honeysuckle or Woodbine. *Angl.* Chevre Feuille.
Gall. Lonicere. *Germ.*

* *Perichlymena, caule volubili.*

48. *Lonicera sempervirens* verticillis aphyllis terminalibus, foliis omnibus connato-perfoliatis. LINN. Syst. p. 215.

Ever-green, Honeysuckle. *Angl.* Chevre feuille de Virginie. *Gall.* Immergrün; Geißblatt. *Germ.*
Habitat in Virginia, Mexico.

Floret Junio, Julio et Augusto.

49. *Lonicera Periclymenum* capitulis ovatis imbricatis terminalibus, foliis omnibus distinctis. LINN. Syst. p. 216.

Wild Honeysuckle or Woodbine. *Angl.* Chevre-feuille d'Allemagne. *Gall.* Geschlungene Lonicere; wildes gemeines Geißblatt; Waldwinde; teutscher Je länger je lieber. *Germ.*

Habitat in Germania, Anglia, Helvetia.

Floret Junio et Julio.

Variat saepe quoad figuram foliorum et colore floris; dehinc passim deprehenditur flore intus albo, extus rubro; passim foliis sinuosis vel quercinis; passim denique foliis quercinis variegatis.

** *Chamaecerasa, pedunculis bifloris.*

50. *Lonicera nigra* pedunculis bifloris, baccis distinctis, foliis ellipticis integerrimis. LINN. Syst. p. 216.

Black-berried upright Honeysuckle. *Angl.* Chevre feuille à fruit noir. *Gall.* Schwarze Heckenkirsche; aufrechte Waldwinde. *Germ.*

Habitat

Habitat passim in Germania, copiose in Helvetia, Gallia, Delphinatu.

Floret Maio, Iunio. Involucrum germinibus brevibus. Folia integerrima saepius a Papillione Canilla erosa. SMIEDEL.

51. *Lonicera tatarica* pedunculis bifloris, baccis distinctis, foliis cordatis obtusis. LINN. Syst. p. 216.

Tartarian Honey-suckle. Angl. *Chevre feuille de Tartarie.* Gall. *Tartarische Heckenkirsche.* Germ.

Habitat in Tataria.

Floret Iunio et Iulio. Sepibus vivis humilioribus valde apta.

52. *Lonicera alpigena* pedunculis bifloris, baccis coadunatis didymis, foliis ovali-lanceolatis. LINN. Syst. p. 216.

Red berryed upright Honey-suckle. Angl. *Chamaecerasus des Alpes à fruit rouge.* Gall. *Alpenheckenkirsche.* Germ.

Habitat in Alpibus helveticis, pyrenaeis, Allobrogicis.

Floret Maio et Iunio.

Folia ovata, acuta, integra. Flos ruber. Fructus ruber, geminus, duobus punctis notatus.

53. *Lonicera caerulea* pedunculis bifloris, baccis coadunatis globosis, stylis indivisis. LINN. Syst. p. 216.

Blue-berryed upright Honey-suckle. Angl. *Chamaecerasus à fruit bleu.* Gall. *Blaubeerigte Heckenkirsche.* Germ.

Habitat in Helvetia, Austria.

Floret rarius.

*** *Caule erecto, pedunculis multifloris.*

54. *Lonicera Symphoricarpos* capitulis lateralibus pedunculatis, foliis petiolatis. LINN. Syst. p. 216.
Indian Currants or Shrubby St. Peterswort.
 Angl. *Indianischer Johannisbeerstrauch.* Germ.
 Habitat in Virginia, Carolina.
 Floret Septembri et Octobri. Frutex humilis.
 Folia pinnata, ovata, integra, breviter petiolata, paululum pilosa. Flores parvi, in flavo-virescentes, breviter pedunculati acuminati; pedunculi inter axillas foliorum secundum longitudinem caulis positi.

LYCIVM. L. G. 273. Cl. V. Ord. I.

Box-Thorn. Angl. Box- f. Bocksborn. Germ.

55. *Lycium Europaeum* spinosum, foliis obliquis, ramis flexuosis, teretibus. LINN. Syst. p. 228.
Common Box-thorn. Angl. *Europäischer Bocksborn.* Germ.
 In Europa australi. Floret aestate et Autumno.
56. *Lycium Barbarum* spinosum, foliis lanceolatis, calycibus subbifidis. LINN. Syst. p. 228.
African Box-thorn. Angl. *Chinesischer f. fremder Bocksborn.* Germ.
 Habitat in Asia et Africa.
 Floret cum priori. Frutex debilis hyemes perfert nostrates. Calycis ore bilobo, passim 3-loba a reliquis differt. Baccae ovatae, flavae aut rubrae.

MESPILVS. L. G. 681. Cl. XII. Ord. IV.

Medlar-Tree. *Angl.* Nefflier. *Gall.* Mispelbaum.
Germ.

57. *Mespilus Pyracantha spinosa*, foliis lanceolato-ovatis crenatis, calycibus fructus obtusis. LINN. Syst. p. 466.

Ever-green Thorn, or Pyracantha. Angl. Buisson ardent. *Gall.* Immergrünender Dorn. *Germ.*

Habitat in Italiae et Galloprovinciae sepibus; porro in Corsica.

58. *Mespilus germanica inermis*, foliis lanceolatis subtus tomentosis, floribus solitariis, sessilibus. LINN. Syst. p. 466.

Common Dutch Medlar-Tree. Angl. Nefflier commun. *Gall.* Gemeiner Mispelbaum. *Germ.*

Habitat in Europa calidiori.

Floret Junio.

59. *Mespilus Cotoneaster inermis*, foliis ovatis, integerrimis: subtus tomentosis. LINN. Syst. p. 466.

Dwarf Quince-Tree. Angl. Nefflier Cotoneaster. *Gall.* Zwergmispelbaum mit rother Frucht; wilde Quitte; Bergquitte. *Germ.*

In Europae frigidioris collibus et in Pyrenaeis, Ararat.

Floret Maio et Junio. Baccae pulchre rubrae maturescunt Autumnò et in hyemem usque ornant fruticem.

MORVS. L. G. 1150. Cl. XXI. Ord. IV.

Mulberry-Tree. *Angl.* Meurier. *Gall.* Maulbeerbaum. *Germ.*

60. *Morus alba* foliis oblique cordatis, laevibus. LINN. Syst. p. 851.

White

White Mulberry-Tree. Angl. *Mûrier à fruit blanc.* Gall. - *Weisser Maulbeerbaum.* Germ.

Habitat in China ex qua Graeciam, Italiam, Galliam et denique Germaniam translata est.

Floret Maio. Arbor, quae per plurimos annos colebatur in regionibus nostratibus, frigore tacta vehementissimo, cui anno 1789. exposita est, plane fere emortua est.

61. *Morus papyrifera* foliis maxime palmatis vel lobatis, sparsim cordatis; difformibus, scabris, subtus tomentosis, fructibus hispidis. Du Roi I. p. 432. M. foliis palmatis, fructibus hispidis. LINN. Syst. p. 851.

Papir Mulberry-Tree. Angl. *Murier à Papier.* Gall. *Papier-Maulbeerbaum.* Germ.

Habitat in Iaponia, China, Carolina calidiori.

PHILADELPHVS L. G. 669. Cl. XII. Ord. I.

Syringa or *Mock-Orange.* Angl. *Pfeifenstrauch.* Germ.

62. *Philadelphus coronaria* foliis subdentatis. LINN. Syst. p. 460.

White Syringa or *Mock-Orange.* Angl. *Syringa à fleurs blanches.* Gall. *Wilder Jasmin; falscher Syringstrauch.* Germ.

Habitat in Germania et Helvetia.

Floret Maio et Iunio.

PINVS L. G. 1175. Cl. XXI. Ord. IX.

Pine-Tree. Angl. *Pin.* Gall. *Fichte.* Germ.

* *Foliis pluribus ex eadem basi vaginatis.*

63. *Pinus strobus* foliis quinis margine scabris, cortice laevo. LINN. Syst. p. 860.

New-

New England or Lord Weymouths-Pine. Angl.
Pin blanc de Canada. ou Pin de Lord Weymouth.
 Gall. *Weymouths f. Büfchelkiefer.* Germ.

Habitat in Virginia, Canada.

64. *Pinus Larix* foliis fasciculatis, obtufis, deciduis,
 conis ovato-oblongis, squamis ovatis, fubfcabris,
 margine laceris. *Du Roi T. II. p. 61. LINN. Syft.*
 p. 860.

Common Larch-Tree. Angl. *Pin Meléfe, ou*
Mefle, Larche. Gall.

Habitat in Alpibus Bohoemicis, Silefiacis, Helve-
 ticus, Stiriacis, Corinthiacis, Tridentinis, Sibi-
 riae, Hungariae etc.

** *Foliis folitariis et bafi diftinctis.*

65. *Pinus Picea* foliis folitariis, fubulatis, mucrona-
 tis, laevibus, bifariam verfis: conis oblongis pen-
 dulis, squamis ovalibus, planis marginibus undu-
 latis et laceris. *Du Roi II. p. 110. Pinus Abies.*
 LINN. Syft. p. 861.

Common Fir or Pitch Tree. Angl. *Pice; Pece*
ou Pefse. Gall. *Fichte, Holztanne; Harz f. Pech-*
tanne; fchwarze Tanne. Germ.

Habitat in Europae Asiaeque borealibus humi-
 diufculis.

Floret Maio et Iunio.

66. *Pinus canadensis* folitariis linearibus bifariam ver-
 fis, ramulis glabris, cicatricibus fub foliis decur-
 rentibus: conis ovato-oblongis, pendulis, laxis,
 squamis fubrotundis. *Du Roi II. p. 174.*

New-Foundland white Spruce Fir. Angl. *Pin*
Epinette blanche. Gall. *Weifse Nordamerikanifche*
Fichte. Germ.

Habitat in Canada.

Floret Maio et Iunio.

67. *Pinus Mariana* foliis solitariis subulatis, bifariam versis, ramulis pubescentibus, cicatricibus sub foliis sessilibus: conis ovalis pendulis, squamis ovalibus, marginibus laceris et undulatis. *Du Roi II.* p. 127. *Pinus Canadensis* foliis solitariis linearibus obtusiusculis submembranaceis. *LINN. Syst.* p. 860.

Habitat cum priori.

Floret Iunio. Haec vero ab illa facile distinguitur, trunco minori, debiliori, foliis minoribus, angustioribus laete viridibus, (i. e. *grasgrün*) ramis cortice fusco, vel cinereo-fusco, pilis albidis obfesso, vestitis; conis minoribus purpurascens: contra illa habet folia paululum latiora et longiora, obscure viridescens (i. e. *stablgrün*) averfus apicem curvata. Ramuli foliolis densioribus obfessi, glabri, albi et fulcis distinctioribus exarati; caeterum arbor celerius crescit.

68. *Pinus Abies* foliis solitariis emarginatis; conis oblongis erectis, squamis subrotundis planis basi acuminatis. *Du Roi II.* p. 95. *Pinus Picea.* *LINN. Syst.* p. 860.

Silver-leaved Fir-Tree. Angl. *Sapin à feuilles d'If.* Gall. *Edeltanne; Weiss-Silber-Taxblättrige Tanne.* Germ.

Habitat in Alpibus Helveticis, Sueciae, Buccariae, Bohoemiae, Thuringiae, Saxoniae etc.

PLATANVS L. G. 1173. Cl. XXI. Ord. VIII.

Plane-Tree. Angl. Platane. Gall. Platanus. Germ.

69. *Platanus occidentalis* foliis acute lobatis (profunde ferratis, subtus tomentosis, longe petiolatis.) *LINN. Syst.* p. 859.

Occi-

Occidental Plane-Tree or Large Button Wood.
 Angl. *Platane d'Amerique, ou Cottonier.* Gall.
Nordamerikanischer Platanus; Wasserbuche. Germ.
 Habitat in America septentrionali, i. e. in Vir-
 ginia.

Floret Junio et Julio. Arbor per paucos annos
 altitudine plurimorum pedum attingens loca prae-
 primis amat humida. Folia late expansa, acute
 passim obtuse angulata; saepius lobata, rare laci-
 niata, superne laete viridia, subtus pallidiora et
 lana tenui vestita.

POPVLVS L. G. 1228. Cl. XXII. Ord. VII.

Poplar-Tree. Angl. *Peuplier.* Gall. *Pappelbaum.*
 Germ.

70. *Populus Balsamifera* foliis ovatis, ferratis, subtus
 albidis, stipulis resinosis. LINN. Syst. p. 889.

Balsam or Tacamahaca-Tree. Angl. *Peuplier
 noir dit Tacamahac, ou Baumier.* Gall. *Balsam-
 pappel; Takamahacabaum.* Germ.

Habitat in Sybiriâ et America septentrionali.

Arbor hyemes perfert nostrates et solum amat
 humidum.

71. *Populus tremula* foliis subrotundis, dentato angu-
 latis, utrinque glabris. LINN. Syst. p. 889. n. 2.

Aspen-Tree, or Trembling Poplar. Angl. *Peu-
 plier Tremble.* Gall. *Esche; Asche; Flatteraspe;
 Zitteraspe.* Germ.

Habitat in Europae sylvis nemoribusque.

Floret vere. Petioli apice compressi et debiles,
 unde motui perpetuo exponitur tremulanti.

72. *Populus Italica* foliis rhomboidiformibus, distincte crenatis, longe petiolatis, alternis. — *Populus nigra du Roi* II. p. 141. var. β . italica.

Lombardey Poplar-Tree. Angl. *Peuplier de Lombardie.* Gall. *Italienische Pappel.* Germ.

Habitat in Italia.

Diffinguitur a *Populo nigra* statura minori; fabrica tenuiori; foliis minoribus, obscure splendente viridibus.

73. *Populus Virginica* foliis subcordatis, obtuse dentatis, longe petiolatis.

Virginian Poplar-Tree. Angl. *Peuplier de Virginie.* Gall. *Virginische Pappel.* Germ.

Habitat in Virginia.

Differt ab antecedente, foliis magis cordiformibus et dentatis; porro quoad foliorum numerum positionemque. In hac enim plurima observavi, ita infra rami subopposita; alia alterna et ex gemma suprema 3 pluraque foliola prodeant; a *Populo heterophylla* foliis minoribus deltoideo-cordatis, petiolo rotundiore, ramo nec torto, magis rotundo, versus apicem modo sulcato, cortice cinereo-albido, ligno pallidior ac tenacior.

POTENTILLA L. G. 690. Cl. XII. Ord. V.

Shrubby Cinquefoil. Angl. Fünffingerkraut.
Germ.

74. *Potentilla fruticosa* foliis pinnatis, caule fruticoso. LINN. Syst. p. 477.

Shrubby Cinquefoil. Angl. *Pentaphilloides en arbuste.* Gall. *Strauchartiges Fünffingerkraut.* Germ.

Habitat

Habitat in America, Anglia, Sibiria, Oelandia australi.

Floret Iunio in Augustum vsque. Frutex humilis.

PRVNVS L. G. 675. Cl. XII. Ord. I.

Plumb-Tree. *Angl.* Prunier. *Gall.* Pflaumenbaum. *Germ.*

75. *Prunus Padus* floribus racemosis, foliis deciduis basi subtus biglandulosis LINN. Syst. p. 462.

Bird Cherry-Tree. *Angl.* Cerisier à grappes; *Putier.* *Gall.* Traubenkirsche; *Vogelkirsche;* *Schwarze Weide;* *Stinkbaum.* *Germ.*

Habitat in Europae nemoribus &c.

Floret Maio et Iunio. Baccae nigrae maturescunt exeunte aestate.

76. *Prunus Virginiana* floribus racemosis; foliis deciduis, basi antice glandulosis. LINN. Syst. p. 462.

Virginian Bird-Cherry. *Angl.* Cerisier de Virginie. *Gall.* Virginische Traubenkirsche. *Germ.*

Habitat in Virginia et Carolina.

Floret Iunio et Iulio. Baccae magnitudinis pisi hortensis, primum viridescentes, deinde rubrae et si maturescunt, splendide nigrae evadunt. Arbor priori simillima; ab illo distinguitur foliis minoribus, glaberrimis, tenuioribus, viridescente splendentibus, ac ligno magis tenaci.

77. *Prunus Cerasus* var. β . flore pleno. Bauh. pin. 450. MILL. Dict. n. 3.

Double Flowering Cherry-Tree. Angl. *Cerisier à fleur double.* Gall. *Gemeiner Kirschbaum mit gefüllter Blume.* Germ.

Floret Maio et Iunio.

PTELEA L. G. 159. Cl. IV. Ord. I.

Shrub-Trefoil. Angl. Staudenkee. Germ.

78. *Ptelea trifoliata* foliis ternatis, ovato-lanceolatis. LINN. Syst. p. 160.

Carolina Shrub-Trefoil. Angl. *Ptelea à trois fevilles.* Gall. *Carolinischer Staudenkee.* Germ.

Habitat copiosissime in Virginia, passim in Carolina.

Floret Maio et Iunio. Truncus erectus, arboreus, in plures ramulos divisus. Folia composita, e tribus, passim quoque 4-5 foliolis ovato-lanceolatis. Pedunculus, florem gerens umbellatum. Petala albo-flavescentia pergratum spargentes odorem. *Pericarp.* Capsula suborbiculata, plana, *Vlmi* seminibus simillima, bilocularis. *Sem.* I. obtusum, basi attenuatum.

PYRVS L. G. 682. Cl. XII. Ord. IV.

Pear, or Apple-Tree. Angl. Poirier ou Pommier. Gall. Birns. Aepfelbaum. Germ.

79. *Pyrus malus sylvestris* foliis ovatis serratis, umbellis sesilibus, caule arboreo. LINN. Syst. p. 466.

Crab-Tree or Wilding. Angl. *Pommier sauvage.* Gall. *Holzapfel.* Germ.

Habitat in Europae sylvis, agris et ad sepes.

Floret Aprili et Maio.

80. *Pyrus coronaria* foliis ferrato-angulosis, umbellis pedunculatis. LINN. Syst. p. 466.

Virginian Sweet-scented Crab-Tree. Angl. *Pommier odorant à fevilles angulleuses.* Gall. *Virginischer wohlriechender Holzapfel.* Germ.

Habitat in America septentrionali, maxime in Virginia.

Floret Iunio. Flores pergratum spargunt odorem. Fructus maturus Autumno, parvus, caro eiusdem farinosus, valde austerus.

RHAMNVS L. G. 284. Cl. V. Ord. I.

Buck-Thorn. Angl. *Nerprun.* Gall. *Kreuzdorn.* Germ.

81. *Rhamnus Frangula* inermis, floribus monogynis hermaphroditis; foliis integerrimis. LINN. Syst. p. 234.

Black-berry-bearing Alder. Angl. *Bourdaine.* *Aune noir baccifere.* Gall. *Faulbaum; Pulverbolz.* Germ.

Habitat in Europae dumetis nemoribusque humidis.

Floret Maio in Augustum usque.

82. *Rhamnus Catharticus* spinis terminalibus, floribus quadrifidis, divisis, foliis ovatis, caule erecto. LINN. Syst. p. 232.

Common or Purging Buck-Thorn. Angl. *Nerprun; Noir prun.* Gall. *Gemeiner purgirender Kreuzdorn.* Germ.

In Europae dumetis, nemoribus valde frequenter occurrit.

Floret Maio.

RHVS L. G. 399. Cl. V. Ord. III.

Sumach. *Angl.* Sumac. *Gall.* Sumach. *Germ.*

83. *Rhus coriara* foliis pinnatis ferratis, obtusiuscule ferratis, ovalibus, subtus villosus. LINN. Syft. p. 292.

Tanners Sumach. *Angl.* *Sumac de Provence.* *Gall.* *Gemeiner Gärberbaum.* *Germ.*

Habitat in Europa australi e. g. in Gallia, et Italia.

84. *Rhus glabrum* foliis pinnatis ferratis lanceolatis, utrinque nudis. LINN. Syft. p. 293.

Smooth Sumach. *Angl.* *Sumac glabre de Pensylvanie.* *Gall.* *Glatter Sumach.* *Germ.*

Habitat in America septentrionali ad sepes et agros.

Floret Julio et Augusto. Folia obscure viridia mutantur versus autumnum in colorem sanguineum. Radix valde repit.

85. *Rhus Cotinus* foliis simplicibus obovatis. LINN. Syft. p. 294.

Venice Sumach. *Angl.* *Fustet.* *Gall.* *Peruckenbaum.* *Germ.*

Habitat in Lombardia, Italia et ad radices Apenninorum, in Carniola, Hispania.

Floret Junio et Julio. Semina in regione nostro immatura. Lignum in Servia infervit pro cortice peruviano.

RIBES L. G. 301. Cl. V. Ord. I.

Currant-Bush. *Angl.* Grosselier. *Gall.* Johannisbeerstrauch. *Germ.*

86. *Ribes Alpinum* inerme, racemis erectis, bracteis flore longioribus. LINN. Syft. p. 243.

Sweet

Sweet Alpin Currant. Angl. *Grosseliev des Alpes.* Gall. *Alpen Johannisbeere; Strausbeere; Corinthenstaude.* Germ.

Habitat in Suecia, Helvetia, Anglia.

Floret Maio.

ROBINIA L. G. 953. Cl. XVII. Ord. IV.

87. *Robinia Pseud-Acacia* racemis pedicellis unifloris, foliis impari-pinnatis, stipulis spinosis. LINN. Syst. p. 668.

Common Bastard Acacia, Locust-Tree. Angl. *Faux-Acacia.* Gall. *Virginischer Schotendorn; Heuschreckenbaum.* Germ.

Habitat in America septentrionali, in nostratis regionibus quasi iudigena facta.

Floret Junio et Julio. Racemi penduli, albi.

88. *Robinia Caragana* peduncalis simplicibus, foliis abrupte pinnatis, petiolis inermibus. LINN. Syst. p. 668.

Siberian Caragana. Angl. *Caragana de Sibirie.* Gall. *Sibirischer Erbsenbaum; Taubenerbsen.* Germ.

Habitat in Sibiria.

Floret Maio et Junio. Folia pecoribus pabulum offerunt optimum et semina pilis substitui possunt in hominum pecorumque usum.

RVBVS L. G. 688. Cl. XII. Ord. V.

Raspberry-bush. Angl. *Framboisier.* Gall. *Brombeerstrauch.* Germ.

89. *Rubus odoratus* foliis simplicibus (quinelobis inaequaliter ferratis), caule inermi multifolio, multifloro. LINN. Syst. p. 475.

Virginian Rose-Flowering Raspberry. Angl. *Framboisier à fleurs odorantés.* Gall. *Wohlriechender Himbeerstrauch.* Germ.

Habitat in Canada, Pensylvania et Virginia.

Floret Iunio in Septembrem usque. Rami erecti inermes.

SAMBUCVS L. G. 402. Cl. V. Ord. III.

Elder. Angl. Sureau. Gall. Hollunder Germ.

90. *Sambucus Ebulus* cymis tripartitis, stipulis foliaceis, caule herbaceo. LINN. Syst. p. 295.

Dwarf Elder, Danewort or Wallwort. Angl. *Hieble ou Yeble.* Gall. *Zwerghollunder; Attich Niederholder; Sommerholder.* Germ.

Habitat in Europa.

Floret Iunio et Iulio. Baccæ nigræ.

91. *Sambucus laciniata* cymis 5 partitis, foliis bipinnatis; pinnis ternatis, foliolis lanceolatis, incisis, caule arboreo, RETZ, Obs. Fasc. III. p. 30. LINN. Syst. p. 296.

Parcley-leaved Elder. Angl. *Sureau à feuilles de Persile.* Germ. *Hollunder mit Peterfilienblättern.* Germ.

Floret Iunio.

92. *Sambucus racemosa* racemis compositis, ovatis caule arboreo. LINN. Syst. p. 296.

Red-berried mountain Elder. Angl. *Sureau à fruit disposé en grappes.* Gall. *Traubenbollunder; Berg-Hirsch-Waldbollunder.* Germ.

In Europæ australis montibus sponte nascitur.

Floret Maio et Iunio.

SORBVS L. G. 679. Cl. XII. Ord. III.

Service-Tree; Quicken-Tree. *Angl.* Sorbier. *Gall.*
Speierling. *Germ.*

93. *Sorbus aucuparia* foliis pinnatis vtrinque glabris.
LINN. Syft. p. 465.

Quickbeam; Roan-Tree, or Wild Service-Tree.
Angl. Cochêne; Cormier; Sorbier Sauvage;
Sorbier de Chasseurs. *Gall.* Vogelbeerbaum; *Qui-*
tzenbeerenbaum; Eberenschenbaum; Esch. f. Arsch-
röfel *Germ.*

Habitat in Europa frigidiore et quoque in Li-
bano.

Floret Maio. Baccae rubrae versus Autumnnum
mature.

SPIRAEA L. G. 686. Cl. XII. Ord. IV.

Spierstaude. *Germ.*

94. *Spiraea Salicifolia* foliis lanceolatis obtusis, ferra-
tis, nudis; floribus duplicato-racemosis. LINN.
Syft. p. 471. n. 2.

Willow-leaved Spiraea. *Angl.* Weidenblättrige
Spierstaude. *Germ.*

Habitat in Sibiria et Tataria.

Floret Iunio in Augustum usque.

95. *Spiraea Alba* foliis lanceolatis ovatis, apice ferra-
tis, floribus duplicato - racemosis. DU ROI. II.
p. 430.

White Flowering Spiraea. *Angl.* Weisblühende
Spierstaude. *Germ.*

Habitat in America septentrionali.

Floret Iulio in Septembrem usque.

96. *Spiraea hypericifolia* foliis obovatis, integeririmis, umbellis sessilibus. LINN. Syst. p. 471.

Shrub St. Johns Wort, or Canadian Spiraea.
 Angl. *Spierstaude mit Johanniskrautblättern.*
 Germ.

Habitat in Canada.

Floret Maio et Iunio.

97. *Spiraea Opulifolia* foliis lobatis ferratis, corymbis terminalibus. LINN. Syst. p. 472.

Guelder Rose-leaved Spiraea or Nine Bark.
 Angl. *Bois à sept écorces.* Gall. *Wasserholder-*
blattrige Spierstaude. Germ.

Habitat in Virginia, Canada.

Floret Maio et Iunio. Stylos passim 3-5 observavi.

STAPHYLEA L. G. 404. Cl. V. Ord. III.

Bladder-Nut-Tree. Angl. *Nez Coupé.* Gall. *Pimpernufs.* Germ.

98. *Staphylea pinnata* foliis pinnatis. LINN. Syst. p. 396.

Common Bladder-Nut-Tree. Angl. *Nez-coupé;*
Baguenaudier à Pater Noster. Gall. *Gemeiner Pimpernuffsstrauch;*
Klappernufs; *Todtenkopfbaum.* Germ.

Habitat in Europa australiori. Styli 2. Capf. 2-locularis.

Floret Maio et Iunio.

99. *Staphylea trifoliata* foliis ternatis. LINN. Syst. p. 296.

Three-

Three-leaved Bladder-Nut-tree. Angl. *Nez-coupe de Virginie.* Gall. *Kleebblätteriger Pimpernuss-strauch.* Germ.

Habitat in Virginia.

Floret cum priori. Styli 3. Capsula 3-locularis.

SYRINGA L. G. 22. Cl. II. Ord. I.

Lilac. Angl. et Gall. Flieder. Germ.

100. *Syringa vulgaris* foliis ovato-cordatis. LINN. Syst. p. 57.

Common blue Lilac, or Pipe-Tree. Angl. *Lilac.* Gall. *Blauer Spanischer Hollunder; Türkischer Hollunder; Huck auf die Magd.* Germ.

Habitat in Persia, Hispania, Helvetia.

Floret Maio et Iunio.

101. *Syringa persica* foliis lanceolatis, integris. LINN. Syst. p. 57.

Persian Jasmine, or Common Persian-Lilac. Angl. *Lilac de Perse.* Gall. *Spanischer Rainweidenblättriger Hollunder.* Germ.

Habitat in Persia.

Floret Iunio et Iulio. Frutex humilior priori.

102. *Syringa laciniata* foliis lanceolatis, integris, dissectisque. HORT. upl. 6. MILL. Dict. n. 3.

Cut leaved Persian Jasmine. Angl. *Lilas de Perse à feuilles decoupées.* Gall. *Spanischer Hollunder mit ausgeschnittenen Blättern.* Germ.

Habitat

Habitat cum priori. Frutex eandem altitudinem acquirit, ac antecedens, et modo distinctus foliis 2 - 6-lacinis habentibus.

THVIA L. G. 1176. Cl. XXI. Ord. IX.

Arbor Vitae, or Tree of life. *Angl.* Arbre de Vie.
Gall. Lebensbaum. *Germ.*

103. *Thuia occidentalis* srobilis laevibus; squamis obtusis. LINN. Syst. p. 861.

American Arbor Vitae. *Angl.* Arbre de Vie d'Amerique. *Gall.* Nordamerikanischer Lebensbaum. *Germ.*

Habitat in America septentrionali, e. g. in Canada, Virginia etc. porro in Europa v. c. Sibiria.

TILIA L. G. 717. Cl. XIII. Ord. I.

Lime-Tree. *Angl.* Tilleul. *Gall.* Lindenbaum.
Germ.

104. *Tilia vulgaris* acuminatis ferratis, subhirsutis, fructibus quadrangularibus, subpilosis. MILL. Dict. n. 2. *Tilia europaea* floribus nectario destitutis. LINN. Syst. p. 493.

Large-leaved Lime-tree. *Angl.* Tilleul à feuilles larges. *Gall.* Gemeine großblättrige Linde; Sommer f. Wasserlinde. *Germ.*

Habitat in Europa.

Floret Iunio et Iulio.

105. *Tilia cordata* foliis cordatis acuminatis inaequaliter serratis, fructibus quinquelocularibus, tomentosis. MILL. Dict. I.

Female Lime-Tree. Angl. *Tillau.* Gall. *Kleinblätterigte Linde; Winter - Stein - Waldlinde.* Germ.

Habitat in Europae sylvis.

Floret Iulio et Augusto.

Differt a priori floribus minoribus, magis pallidis, foliis minoribus, cordato-acuminatis, inaequaliter dentatis, obscure viridioribus, minus glabris, subtus glauco-viridibus atque capsulis 5 - locularibus.

VIBURNVM L. G. 400. Cl. V. Ord. III.

Pliant Meally, or Way-Faring-Tree. Angl. *Viorne.* Gall. *Wasserholder.* Germ.

106. *Viburnum Lantana* foliis cordatis serratis, venosis, subtus tomentosis. LINN. Syst. p. 294.

Pliant Meally-Tree. Angl. *Coudre moins fine, ou Viorne à manchettes.* Gall. *Schlingenbaum; Schwindelbeerbaum.* Germ.

Habitat in Europa calidiori e. g. in Italia, Gallia, Helvetia.

Floret versus Autumnum.

107. *Viburnum Opulus* foliis lobatis petiolis glandulosis. LINN. Syst. p. 294. et var. β . flore globofo, pleno, albo.


Marfb


Maysh Elder var. β . *Guelder Rose*. Angl. Obier
 Aerile, (β) *Caillebotte*; *Pelote de Neige*. Gall.
Wasserholder; *Bach-Hirschholder*. *Schneeballen-*
strauch; *Ballrosen*. Germ.

Habitat in Europae pratis, sepibus, nemoribus-
 que.

Floret Iunio et Iulio.

Tantum.





Bot
Gard
243
B325

Germany

